

im Allgemeinen für Heiligenleben die kritische Regel, dass Amplificationen und Steigerungen in den sachlichen Angaben die Annahme späterer Abfassung gegenüber einfacherer Fassung begründen, so ist es absolut sicher und in hunderten von Fällen zu beobachten, dass der spätere Bearbeiter den früheren in der Schilderung des Martyriums, in der Ausmalung der Qualen, die der betreffende Heilige zu dulden hat, und seiner Standhaftigkeit zu überbieten sucht, wobei dann namentlich auch die Neigung sich zeigt, neue Züge von Wunderbarem hinzuzufügen. Hier ist nun ein Moment für die spätere Abfassung der Vita vollkommen entscheidend. Der Sermo sagt einfach, die Vandalen hätten Marinus ins Feuer geworfen, darin wäre er umgekommen. Ebenso die Vita, diese aber fügt hinzu, das Feuer hätte keins seiner Glieder, nicht einmal seine Kleider verzehren können. Natürlich nicht! Denn wenn seine Gebeine verbrannt waren, so konnten sie nicht vom Priester Priamus begraben und später nach Kloster Rott übertragen werden, wo man sie doch zu haben meinte und verehrte, wie die Vita weiterhin erzählt.

indem er einiges ziemlich wörtlich aus dem Sermo entnahm, es in Reimprosa umschrieb: 'Unde feroces homines nimio concitati furore | sanctum virum studuerunt maximo perturbare dolore. || Omnia namque eius utensilia primitus despoliando violenter ei abstulerunt, | moxque illum, ut Christum negaret, plurimis tormentis compellere studuerunt. || Diutinis vero illum verberibus affligebant | posteaque eum sevis ungularum lacerationibus eculeo suspensum usque ad nuditatem costarum constringebant. || Sanctus autem vir, inter tantas poenas corde et ore Christum confessus, | hilari mente illud psalmigraphi carmen Domino canebat indefessus: || *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo, et reliqua.* Illos etiam qui se cruciabant totis nisibus ad Dominum convertere desideravit; | quibus verbum salutis constanter quasi nil mali sustinens predicavit. || Sed nullo modo durum eorum cor et inpenitens potuit salutiferis doctrinis emollire, | qui, ut apostolus ait, sibi thesaurizaverunt iram in die irae. || Quid plura? Supra modum ergo idem hostes ex patientia sancti viri truculentiores facti | et plus quam ille beatus corpore torqueretur cordibus suis cruciati, || novissimam hanc sententiam super ipsum fieri statuerunt, | scilicet ut grandi igne eum comburerent, quem prefatis atrocibus poenis superare non valuerunt. || Tali quoque tormento martyr sanctus carnem relinquere optavit, | qui cum sancto Laurentio et cum aliis sanctis per ignem necetenus coronatis palmam martyrii sibi concedere Dominum semper oravit. || Concupivit enim post obitum suum cum psalmista Domino gaudens concinere: *Probasti, Domine, cor meum et visitasti nocte; igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.* Succenso itaque a Wandalis cumulo lignorum copioso, | inmissus flammis vir Dei Marinus 17. Kal. Dec. ad Christum migravit fine glorioso. || Prius tamen quam obiret in medio incendiurum, | more trium puerorum a Chaldaeis olim iussu Nabochodonosor regis in fornacem ignis missorum || quamdiu voluit Dominum laudans per flammam illesus deambulavit, | demumque cum gratiarum actione animam Deo reddens, in manus sanctorum angelorum eam commendavit. || Nullum vero eius membrum ignis potuit consumere | neque saltem vestimenta illius valuit comburere.' ||